perpetratū· abincolis terre illi⁹ voca
tus est magnus· et pfecti sūt ambo· sꝫ
bt⁹ magnoald⁹ et theodor⁹· secuti q̄ꝫ ē
eos tec⁹· dn̄o gr̄as agens de recepto
visu· comitatur q̄ꝫ cū eis dux itineris
prefatus presbiter nomine tozzo·
11 Venerūt itaq̄ꝫ post aliquos dies
ad locū qui vocat̄ campidona· ibi
q̄ꝫ repperert oppidū valde amenum·
sed penit⁹ desertū· Tunc interrogauit
bt⁹ magnoald⁹ pbrm· quomō ille loc⁹
vocitaret̄· uel fluui⁹ qui ibi defluebat·
Ille r̄ndit· Loc⁹ iste abincolis t̄re hui⁹
sepissime visitat̄· et vocat̄ campidona·
sed nō ausi saltim vna nocte hic manē·
ꝑpter diuersa genera vermiū qui hic
sunt· Fluui⁹ v̄o vocat̄ hilara· hilar̄s
aut non est· quomā multos homines
conturbat ꝑpter velocissimū suū cursū·
eos q̄ꝫ poti⁹ i merore vertit quā inhi
laritate· Nos aut oportet velocius
transire ne vermes nos hic ēē senciat·
quo si senserint· magnum impetum
facient sup nos ad deuorādū· Plures
naq̄ꝫ hoīes qui causa venacionis huc
venerūt deuorauerūt· nō ꝑmittentes
eos saltim vna nocte hic iacere· Rn̄des
bt⁹ magnoald⁹ dixit· Vere dn̄s me⁹ ih̄s
xp̄s potestatē habet similiter hos ver
mes de isto loco eicere· sicuti habuit ei
ciendi vrsos et lupos ceteras q̄ꝫ feras
ꝑmo et vermes· nec nō et demones per
oratione dn̄i et mgr̄i mei galli· de loco q̄
ipe elegit ad cōstruendā cellulā· et ad
corp⁹ suū sc̄m sepeliendū· Nos ergo
ꝑmittente dn̄o· oportet hac nocte hic
manere· Et dixit ad theodorū· Frater
tuū est orare· et dn̄i auxiliū implorāe·
ut nobis auxiliū ꝑbeat ad eiciendos ve
rmes de isto loco· et demones qui in eis
latitant· quo a te ē iste loc⁹ cōstruend⁹
et edificand⁹· Ideo q̄ꝫ orem⁹ pariter· ut
dn̄s nos exaudire dignetur· et mūde
m⁹ istū locū· qui ē ab hoīb⁹ ꝑpter tim
orem vermiū inhitabilis· Et hec dicēs
ꝓstrauerūt se i oratione· Dum vero
orarent· egressus est de oppido serpens
magn⁹ qui dicit̄ boa· impetū facies
sup beatos viros· iacētes in oratione·
Presbiter ergo qui eos ducebat vidēs
eū· exclamauit voce magna dicens

Heu michi· quia huc vos adduxi· Et i fu
gam vers⁹ simul cū eo qui cec⁹ fuerat·
festinabat ad unā arborē· ut se liberaret·
12 Beat⁹ vero magnoald⁹ cōfis⁹ de dei
misericordia surrexit· et faciēs signum
crucis corā se· accipiēs q̄ꝫ cam
bottam quā a sc̄o gallo acceperat· et cru
cem quā secum gerebat· prexit in
occursū vermi et dixit· Impero tibi
i noīe dn̄i mei ih̄u xp̄i ut hic iaceas· et
diabol⁹ qui in te latitat ipe te interficiat·
adiurat⁹ ꝑ deū viuū et verū· Et cū hoc
dixisset· percussit eū cū cambota i caput·
et cōfestim vermis crepuit medius·
et mortu⁹ est· Ceteri v̄o vermes qui
int⁹ in oppido· et circa ipsum oppidum
morabant̄· oēs in fugam versi sūt· et
nusquā cōparuerūt· Sic q̄ꝫ mundat⁹
ē loc⁹· et morati sūt ibi vnā ebdomadam·
dn̄o gr̄as agētes· q̄ eos exaudire dignat⁹ est·
13 Theodor⁹ itaq̄ꝫ ut vidit tam magnū
signū factū a dn̄o et a bt̄o magno
aldo· surrexit de loco in quo iacebat orās·
et eleuatis manib⁹ ad celū dixit· Dn̄e
de⁹ omp̄s qui fecisti celū et terrā· mare
et oīa que i eis sunt· tibi gr̄as refero·
te inuoco· te adoro· tibi laudes psallo·
qui nos liberare dignat⁹ es a tanto
periculo· et a tali deuoracione vermiū· Et
cū hoc dixisset· cucurrit ad bt̄m magno
aldū· flexo q̄ꝫ poplite osculat⁹ est genua
ei⁹· nec nō quasi lingens man⁹ suas
et oculos dixit· Vere nō vocaberis vltra
magnoald⁹ sed magn⁹· quō tibi dn̄s
tantā gr̄am cōtulit· ut ꝑ te iste loc⁹ puri
ficaretur· nō solū a vermib⁹ verū eciā
a demonib⁹· Ad hec bt⁹ magn⁹· Noli di
cere frater· nō sū ego magn⁹· sꝫ minim⁹
seru⁹ seruorū xp̄i· qui nos liberare
dignat⁹ est a tali periculo· tue ergo ora
tiones adeo exaudite sūt· et ideo n̄ meis
meritis· sꝫ de dei iussione isti vermes
recesserūt· Nūc aut voca cōuiatorē
nr̄m· et purgem⁹ locū istū· quia dn̄s
volt eū ꝑparare ad edificandam cellam·
Sic̄ quomō pr̄i nr̄o sc̄issimo gallo acci
dit in loco quē ipe elegit ad manendū·
ita et nobis suis meritis interuenientib⁹
a dn̄o concessū est· id circo nulli dubiū
sit quin dn̄s velit sibi ꝑparari locum